

Michael Cobabus

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Michael Cobabus, S.S.  
Theol. Doct. & Prof. ad exequias, & sepulturam Quam Adolescenti, Studioso Th.  
... Hinrico Herberdingio, Rostochensi. Maestissima Mater Hodierna die, ad horam  
primam paratam cupit, Academiae Cives amanter, & officiose invitat**

Rostochii: Kilius, [1675]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77123435X>

Druck    Freier  Zugang



**Cobabus, M.,**

**in H. Herberding.**

**Rost. 1675.**

40.







Programma,

Quo  
RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

MICHAEL COBABUS,

S.S. Theol. Doct. & Prof.  
ad exequias, & sepulturam.

Quam

Adolescenti, Studioſo Th. pio,  
Cornatissimo.



HINRICO  
HERBERDINGIO,

Rostochiensi.

MÆSTISSIMA MATER

Hodiernâ die, ad horam primam,  
paratam cupit,

Academiæ Cives amanter, &  
officiosè invitat.

---

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILI, Acad. Typogr.

53.



**N**ondum, CIVES  
ACADEMICI, u-  
nius mensis intervallum  
ex eo tempore elapsum  
est, quo HENRICUS  
HERBERDINGIUS, SS.  
Theolog. diligens Cul-  
tor, homo pius, probus, & ingenuus, eâ, quâ par-  
erat, modestiâ, à nobis petebat, ut in Ordin-  
em Civium Academicorum cooptaretur, &  
seriò, sanctequé pollicebatur, quòd legibus  
Academicis, in quarum sedula observatione  
nostra consistit libertas, sicut ingenuum Studi-  
osum deceat, obsequi, illudqué Spiritus  
Sancti gratiâ diligenter agere vellet, ut,  
quam affectabat eruditionis metam, in hâc  
Academia contingeret, & assequeretur. Ho-  
diè publicè significatur, ipsum adhuc in flore  
adolescentiæ constitutum, Naturæ debito per-  
soluto, è vita viventium exivisse, ejusqué cor-  
pus

pus animâ suâ destitutum inferendum esse in-  
eum locum, qui commune est mortuorum re-  
ceptraculum. Adeò non ambulant eandem  
viam, consilia, & instituta hominum, ac vo-  
luntas Dei, cui magis libitum fuit, ipsum in-  
cœlestem Academiam transferre, quam in-  
squalore & discrimine hujus vitæ diutius relin-  
quere. Enimvero ita omnino res habet: O-  
mnibus, qui mortali vita fruuntur, inevitabilis  
lex & necessitas posita est, emigrandi ex hâc  
vitâ. Quemadmodum enim omnes sine  
ulla exceptione, manifestari oportet coram  
supremo judice, ita omnibus statutum est mo-  
ri. Omnes naturæ nostræ incolumitatem  
primi hominis prævaricatione amissimus, inde  
tracta mortalitas, indequé multiplex corporis,  
ac animæ corruptio, totaqué hæc mortalis vita  
nihil aliud est, quam continua ad mortem via.  
Quis enim vir vivit, ait Propheta, & non videbit  
mortem? Mors est via universæ carnis, & testa-  
mentum cum homine initum. Nemo autem  
mortalium scire potest, quo die, & quâ horâ  
ex hac mortalitate sit discessurus. Quid enim  
incertius, ait S. Bernhardus, horâ mortis inve-  
nitur? Non miseretur mors inopiaz, non reve-  
retur divitias, non Sapientiaz, non moribus,  
non ætati denique parcit, nisi quod Senibus  
mors

est in januis, juvenibus verò in infidiis : Piis qui-  
dem, Verbi Divini meditatione delectantibus, à  
Deo promissa est vita longæ vitæ ; multi verò  
præmatura morte abrepti ex hujus mundi erga-  
stulo evocantur, ne ipsorum mens à seculi hu-  
jus perversitate pervertatur : neque ipsi malis  
futuris tristissimè involvantur. Nam Deus, ait  
*Hieronimus*, in Scripturis promittens bona tem-  
poralia, præsentia & carnalia, si ea non præstat,  
dat pro eis longè meliora, scilicet spiritualia, cœ-  
lestia, & æterna. Quod jam expertus est noster  
piè defunctus, qui adhuc in ætatis flore positus,  
Deo sic volente à curis, molestiis, & laboribus  
ad requiem, à mœrore ad gaudium, à certamine  
ad victoriam, ex colluvie impiorum ad cœtum  
Sanctorum est translatus, & gloria cœlestis par-  
ticeps factus. Cœterum natus is est in hac urbe  
à Parentibus piis & honestis 4. Jan. circa horam  
7. matutinam Anno 1654. Patre Reverendo, &  
Clarissimo Dno. M. JOHANNE HERBERDIN-  
GIO, Ecclesiaste ad templum Spiritus Sancti, &  
S. Crucis meritissimo, qui jam ante aliquot an-  
nos satis cessit. Matre lexitissima, & piâ matronâ  
MARGARETA Tarnauen / Filii sui præmaru-  
ram mortem lacrymis acerbè lugente. Aviam.  
Paternam agnovit Virum optimæ vitæ & fa-  
mæ IUSTUM HERBERDING olim Cerevisia-  
rium

xium & Mercatorem Lubecæ. Aviam Paternam  
Matronam piam MARGARETAM Giesen. A-  
vus Maternus ipsi erat Vir Plurimum-Rererendus  
Dominus JOHANNES TANOVIOUS, Theologus solidè eruditus, & Th. D. & Prof. eeleber-  
rimus. Avia Materna, Matrona honestissima  
**DOROTHEA** Reuters. Quod autem omnes  
Christiani Parentes diligenter solent, & debent  
observare, ut infantes suos teneros CHRISTO  
Mundi Servatori offerant, atque consecrent, il-  
lud nostro HENRICO etiam praestitum est,  
quem mox à Natalitiis, postquam lucem hanc  
aspergit, in sacro sanctum Christi foedus per la-  
vacrum Regenerationis admissum optimi Pa-  
rentes curarunt. Sicut igitur ipsum Ecclesiæ ma-  
tris albo inscribi petierunt; ita à primâ æta-  
te probè & piè educarunt. Adultior factus  
rudimenta literaturæ à privatis Præceptoribus  
didicit, erat enim illi mens discendi cupida,  
quamobrem postea, volente & ivadente utroq;  
Parente ad Scholam Güstroviensem, Doctrinæ  
ulterius acquirendæ gratiâ ablegatus est. Inde  
missus est Grifiswaldiam: Dehinc Sleswigam  
in Holsatiam: Postmodum matris aliorumque  
amicorum consilio Sundium in Pomeraniam, ut  
majores ibidem progressus in Studiis ficeret,  
commigravit. Morbigenus, quod ipsum occu-  
pavit, & morti occasionem præbuit, ejusq; tuit-

ance-

anteambulo, Vir Experientissimus, Dn. PAULUS  
JOACHIMUS STOCKMANNUS, Med. D. celeberrimus  
ita descriptum nobis tradidit: *Morbus*, inquit,  
*quo Juvenile corpus correptum, Febris* fuit ardens  
*continua eum gravissimis symptomatibus, quæ tanto*  
*concursum & malignitate agrotantem concusserunt, ut*  
*cum nulla medicamentorum virtutes pares essent Be-*  
*atus noster d. XX. Decembr. inter adstantium preces*  
*piè placideq; exspirarit, defunctiq; anima ad æter-*  
*nantem cœli vitam abiverit.* Hujus morbi acetibi-  
tatem noster beatus Dei auxilio fretus patienter  
sustinuit, sequé Divinæ voluntati conformem-,  
subjectamquē ostendit. Cum autem Medici  
diligenti curâ nulla in terris medicina debellan-  
do vitæ hosti inveniretur, & propterea mortem  
is sibi imminere animadverteret; non tantum  
ipse in vera Dei agnitione, & nominis Christi ar-  
denti invocatione animam suam tristem è ver-  
bo Dei, Spiritus Sancti gratiâ, indesinenter ere-  
xit, sed etiam Viri Reverendi atque Doctissimi  
Domini M. MICHAELIS WAGENERI, Verbi Divini,  
ad Ædem D. Jacobi & S. Crucis accessu, & allo-  
quio salutari usus est, quippe qui decumbenti  
fidelem operam præstítit. Ab hoc noster piè  
defunctus S.S. corporis & sanguinis CHRISTI  
fruptione donatus die vigesimo Decembribus in-  
ter horam tertiam & quartam pomeridianam,

victo-

victoriâ spiriruali reportatâ, animâm suam emisit. Quantum dolorem defuncti mater, Matronapia, & honesta, quia filium suum Carissimum, curarum suarum dulce levamen, insperatò è vita deturbatum esse, videt, non est ut prolixè hoc loco referamus. Membrum enim sumus non avelli sine magno dolore, omnemque piam matrem sobolem suam optare salvam, in columem, & superstitem. Fecerat ea sibi proximam & bonam spem de hoc suo Filio; quanto igitur majorem matri peperit lætitiam filius suâ obedientiâ & amore filiali, tanto acerbiore luctu, ea afficitur. Verum enim vero sicuti omnia sunt hominum tenui pendentia filo; ita oportebit, matrem mœrore plenam humanâ humaniter ferre, & cogitare, filium jam substratum esse infinitis fortunæ casibus, quibus volvitur humanæ vitæ fragilitas. Non ita is fecit divortium, ut non aliquando consociari possint; Sed statu mulò feliciori, & optabiliiori nunc fruitur, quem nos vehementi desiderio expectamus: Quod ipsum detergere debebat piæ matri omnem mœrorem & tristitiam. Quod superest, Patres, & Cives Academicí nostrum erit, non luctum luctui addere, sed illud agere sedulò, ut eum vel muximè leniamus,

mus, quod fiet, si exequias funerales præsentia  
nostrâ conspectiores; & auctiores fecerimus.  
Nostrî ordinis fuit Adolescens; & optimi Pa-  
rentis Filius. Debemus quoque hoc officium  
piæ matri, cuius Parens de hac Academicâ præ-  
clarè est meritus. Debemus hoc ejus roti fa-  
miliæ. Adeste igitur frequentes vestrâ specta-  
bili præsentia, & funus hodiernum ad sepul-  
chralem tumulum comitatu vestro deducite,  
insimulqué mortalitatis vestræ memores tum-  
vestram ipsorum vitam, tum Academiz, Ur-  
bis, ac Regionis, totiusqué Germaniz salu-  
tem inter tantos bellorum tumultus, or-  
bem Christianum miserissime concuentes,  
Deo clementissimo commendate. Adeste  
ad horam primam in templo  
Jacobæ.

P. P. sub Sigillo Academiz Anno  
millesimo sexcentesimo septuagesi-  
mo quinto, die vigesimo nono  
Decembris.









Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn77123435X/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77123435X/phys_0016)

DFG

vi<sup>ctori</sup>â spiri<sup>trual</sup>i reportatâ, anima  
fit. Quantum dolorem defuncti  
tronapia, & honesta, quia filium suum,  
curarum suarum dulce levant  
tò è vita deturbatum esse, videt, no  
lixè hoc loco referamus. Membru  
mus non avelli sine magno dolore,  
piam matrem sobolem suam opta  
in columem, & superstitem. Fecera  
lixam & bonam spem de hoc suo Fi  
igitur majorem matri peperit læ  
suâ obedientiâ & amore filiali, tan  
luctu, ea afficitur. Verumen in  
omnia sunt hominum tenui penden  
t oportebit, matrem mœrore plena  
humaniter ferre, & cogitare, filii  
tractum esse infinitis fortunæ casis  
volvitur humanæ vitæ fragilitas.  
fecit divortium, ut non aliquando  
possint; Sed statu mulò feliciori, &  
nunc fruitur, quem nos vehementer  
expectamus: Quod ipsum detergo  
piæ matri omnem mœrorem &  
Quod superest, Patres, & Cives Ac  
strum erit, non luctum luctui ad  
lud agere sedulò, ut eum vel mu

